

**Henricus Stromer Aurbach
ensis Andree humelshaym lipz**

ensi artium Baccalario S. P. D.

Magnam immo ingentē Arithmetice : que numeralis sci-
entia dicitur (arithmos enim grece numerus est) esse utilita-
tem mi Andree hoc validissimo probatur argumēto / q̄ max-
ima esset hominū : nisi ipsa in usu haberetur : confusio : et
chaos / viueremus profecto insensatorū animatiū more nul-
lam horarū : dierū : hebdomodarum : mensium annorumq̄
distinctionē seruantes / Nec possent vlla vltimūdani dei :
necnō sanctorū eius / eterna beatitudine fruentiū / festa cele-
brari . Nequirent insuper conjunctiones : oppositiōes : in-
nocua : perniciosaq̄ syderuz signa discerni / ex quibus haud
parua humane salutis pars pendet / presertim in medelis ex-
hibendis . Adde non callentes numeros a scientibus (vt mo-
narcha philosophorum Aristoteles in elenchis disserit) facile
expelluntur : fraude : doloq̄ circūueniuntur . Silencio pre-
tereo q̄ sine Arithmetice (nunq̄ satis laudate discipline) be-
neficio / omnes mathematice ptes marcescant : et corruāt .
Taceo alia inēōmoda : id genus ferme infinita ex Arithmeti-
ce scientie inscicia : ignorātiaq̄ scaturientia . Ne igitur te An-
dreeam diligentissimū litterarū alumnū / ce terosq̄ meos disci-
pulos rudimenta eius prorsus laterent . Calcographo pri-
mendum dedi numerorū speties : et quidem per lineas / qui-
bus multo ocuis in numerorū cognitionē q̄ per figuras sig-
nificatiuas (quas iners popellus cypheras vocitat) perueni-
tur . Ad te iterū redeo Andreea perge vt cepisti : et litterarū
studijs put facis diligenter incumbere : Algorithmiq̄ sequen-
tem p viribus adhibita diligentia lege / Quod si feceris da-
bis mihi stimulū ad maiora tua gratia edenda / Bene Vale
et dilige preceptorem .